Ex Originali. Arch. Regni.

1389. 25 Aprili. 237.

71

Simonis ducis gubernatoris magni Novogrodi fidelitas regi Vladislao et Regno Poloniae praestita

Nos dux Simon alias Linguenis. Notificamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod dum perserenissimum principem, dnum Vladislaum regem Poloniae Litvaniaeq principem supremum, et haeredem Russiae &c fratrem nrum carissimum, hominibus et populo de Magno Novogrod, intutorem et gubernatorem eorundem hominum et populi fuissemus instituti et praefecti, eidem dno regi, et praeclarae principi dnae Hedvigi consorti suae carissimae, reginae, ipsorumq liberis et haeredibus ac successoribus legitimis ac coronae regni Poloniae, cum eodem populo de Magno Novogrod, quam-diu ipsum intutione et gubernatione habuerimus, promisimus, et tenore praesentium firmiter promittimus, pollicentes quod et corona regni Poloniae auxiliis consiliis praemonitionibus seu avisationibus, dolo et fraude quibus libet, procul motis adherere volumus, iuxta totum posse nrum, ipsos aut coronam regni Poloniae praedicti nunquam ullis temporibus deserentes, nec ipsis unquam aliquibus temporibus nos opponere volumus, aut quomodo libet adversari. Harum quibus sigillum nrum appensum est testimonio lrarum. Datum Sandomiriae die Dominico conductus Paschae Anno Dni 1389.

Ta kopia z konfrontowana z Oryginałem d. 25 Junii 1782 w Warszawie. Oryginał pargaminowy zupełny złożony na kształt listu. Pieczęć Pogonia na massie białey nieco nadpsuta na sznurze iedwabnym ponsowo papuzim Zaświadczam Adam Naruszewicz. B. W. Pisarz W. WXL^o

mp